Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iudei iussi sunt trucidari. Et pulchre non ait. deuora
bat eos. sed sic dicebant ei. ut conatus tantum fuerit.
& nequaquam rei exitus consecutus. Post hoc aspici
ebam. & ecce alia quasi pardus. & alas habebat aui
quatuor sup se. & quatuor capita erant in bestia. &
potestas data est ei. Tertium regnum macedonum
de quo in statua legimus uenter & femora eius ex
ere pardo bestie uelocissime & ὀρμαιτικαὶ cōparatur.
que preceps fertur ad sanguinem. & saltu in mortem
ruit. Et alas habebat quatuor. Nihil enim alexandri
victoria uelocius fuit. qui ab illirico & adriatico
mari usq; ad indicum oceanum & gangen fluuium.
non tam preliis quam uictoriis peruenit. & in sex
annis europe partem. & omnem sibi asiam sub iuga
uit. Quatuor autem capita eosdem dicit duces eius.
qui postea successores regni extiterunt. ptholomeum.
seleucum. philippum. antigonum. Quodq; dicitur.
& potestas data est ei. ostendit non alexandri forti
tudinis. sed dni uoluntatis fuisse. Post hec aspiciebam
in uisione noctis. & ecce bestia quarta terribilis. atq;
mirabilis. & fortis nimis. Dentes ferreos habebat
magnos. comedens atq; comminuens. & reliqua pedib